



**L. Coelii Lactantii Firmiani, diuinarum institutionum,
aduersus gentes, de falsa religione liber primus**

Lactantius, Lucius Caecilius Firmianus

[Köln], [1518]

VD16 ZV 9338

Quid ide[m] Ennius docet in sacra historia. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71332)

DE FALSA RELI.

& principatum habere non regnum, postea Saturnus maiores sibi opes comparauerit, ac regium nomen asciuerit.

Quid idē Ennius docet in sacra historia. Cap. XIII.



Vnc quoniam ab ijs, quæ retulimus, aliquantulum sacra historia dissentit, aperiamus ea, quæ ueris literis continentur, ne poetarū ineptias in accusandis religionibus sequi, ac probare uideamur. Hæc Ennij uerba sunt. Exin Saturnus uxore duxit Opem. Titan, qui maior natu erat, postulat ut ipse regnaret, ibi Vesta mater eorum, & sorores Ceres, atque Ops suadent Saturno, ut de regno non concedat fratri, Ibi Titan, qui facile deterior esset, quæ Saturnus, iccirco & quod uidebat matrem, atque sorores suas operam dare, ut Saturnus regnaret, concessit ei, ut is regnaret, Itaque pactus est cum Saturno, uti si quid liberum uirilis sexus ei natum esset neque educaret, id eius rei causa fecit, uti ad suos gnatos regnum rediret. Tum Saturno filius qui primus natus est, eum necauerunt. Deinde posterius nati sunt gemini Iupiter atque Iuno. Tū Iunonem Saturno in conspectum dedere, atque Iouem clam abscondunt, dantque eum Vestæ educandum, cælatres Saturnum. Itē Neptunum clam Saturno Ops parit, eumque clanculum abscondit. ad eundem modum tertio partu Ops parit geminos Plutonem, & Glauca, Pluton latine est discipiter, alij Orcum dicunt, ibi Glauca filiam Saturno ostendunt, ac filium Plutonem cælant, atque abscondunt. Deinde Glauca parua emoritur. Hæc (ut scripta sunt) Iouis, fratrumque eius stirps, atque cognatio in hunc modum nobis ex sacra scriptura tradita est. Item paulo post hæc refert. Deinde Titan,

*Titan sine Titano
filius fuit ueritatis
in ipse Saturno
in uoluntate uoluit*

*Discipiter enim
Iouis stirps
Ibi parit*

postq̄ resciuit Saturno filios procreatos, atq̄ educatos eē
 clā, seducit secū filios suos, q̄ Titani uocant, fratremq̄ suū
 Saturnum, atq̄ Opem cōprehendit, eosq̄ muro circūe-
 git, & custodiam his apponit. Hęc historia q̄ uera sit do-
 cet Sibylla Erythræa eadē fere dicens, nisi q̄ in paucis, q̄
 ad rem nō pertinet, discrepat. Iupiter ergo liberatur sum-
 mi sceleris crimine, q̄ patrem uinxisse compedibus phi-
 betur. Id em̄ Titā patrius fecit, q̄ ille contra pactionem,
 iusq̄ iurandū mares liberos sustulisset. Reliqua historia
 sic contexit. Iouem adultū cum audiisset patrē, atq̄ ma-
 trem custodijs circūseptos, atq̄ in uincula cōiectos, uenit
 se cū magna Cresesum multitudine, Titanūq̄, ac filios
 eius pugnando uicisse, parentes uinculis exemisse, patri
 regnū reddidisse, atq̄ ita in Cretā remeasse. Post hac de
 inde Saturno datam sortem, ut caueret, ne filius eū regno
 expelleret, illū eleuandæ fortis, atq̄ effugiendi piculi gra-
 tia insidiatum Ioui, ut eum necaret. Iouem cognitis insidi-
 is regnum sibi denuo uendicasse, ac fugasse Saturnum,
 qui cum iactatus esset per omnes terras, persequentibus
 armatis, quos ad eum comprehendendum, uel necandū
 Iupiter miserat, uix ī Italia locum, in q̄ lateret, inuenit.

Qua rōne homines Dī cœperint nominari. Cap. XV.



Quibus ex rebus cum constet illos homines
 fuisse, nō est obscurū qua ratione Dī cœpe-
 rint nōiari. Si em̄ nulli reges ante Saturnum,
 uel Uranum fuerunt, ppter hominū raritatē,
 qui agrestem uitam sine ullo rectore uiuebant, nō est du-
 bium, quin illis temporibus homines regem ipsum, to-

E iij